


BOss Rkps 16225/I.

Papiery dominikanów żólkiewskich. „Sermo ad fratres in capitulo g[ene]rali congregatos habitus a r[everendo] p[at]re Lr. fr[at]re Joannes Vilà s[erenissi]mi rosarii prov[inci]ae alumno, in collegio s[anc]ti Thomae Aquinatis Abulensi mense Juni 1895”.

Łac. 1895. S. II, 82.

MANUSCRIPTA
INSTITUTI OSSOLINIANI
16225
I.





Sermo
ad

Frates in Capitulo Grati congregatos

habitus
a



R. P. Lr. Fr. Joanne Vila, Smi.

Rosarii Prov^o alumno
in collegio



Sti. Thome Aquinatis Abulensi
mense Junii

Abulensi anni 1895.



Sermo ad Frates.



Interroga generationem
pristinam, et diligenter investiga
patrum memoriam.... Et ipsi
docebunt te: loquentur tibi, et de
corde suo proferent eloquia. *Job. 8. v. 20.*

Attendite ad petram unde sci
si estis, et ad cavernam laci, de qua
præcisi estis. Attendite ad Abraham
patrem vestrum... quia unum voca
ri eum, et benedixi ei, et multiplica
vi eum. *Isaia. 51. vv. 1.º et 2.º*

I

Rome. P. Magister Generalis, colendis
simum Patres Capitulares, dilectissimi in Chris

to Fratres.

Ecce quam bonum et quam iucundum, regius agebat Psaltes, habitare fratres in unum! ⁽¹⁾ quia ubi fuerint duo vel tres, iuxta verbum Dni. nostri Jesuchristi, congregati in meo nomine, ibi sum in medio eorum. ⁽²⁾ Oh verbum totius consolationis! Medium vestrum stat ⁽³⁾ ipsum increatum Patris Verbum, eterna Dei Sapientia, ad illuminandas mentes vestras, ad dirigendos pedes vestros in viam pacis. ⁽⁴⁾

Ad confortandos animos in cordibus vestris diffunditur charitas Dei per inhabitantem Spiritum ejus in vobis, ⁽⁵⁾ qui in virtute Dei et sub invocatione Beatissime Trinitatis congregamini in hac ampla domo ^{et alio tecti protectionis, martyrium japonensium, quinquagesimum anniver-} ^{garia dies proficere recolite} tot regis munificentis erecta locupletataque a nostris catholicis Aragonie et Castellae Regibus, Ferdinando videlicet quinto et Elisabeth prima, tam arctis amoris et benevolentiae vinculis nostra Dominicana Familia devinctis, speciatim vero per illud-

(1) Psalm. 132, v. 1. (2) Matth. 18, v. 20. (3) Joan. 1, v. 26. (4) Luc. 1, v. 79. (5) Ad Roman. 5, v. 5

3
Ari hujusce conventus instauratori V. P. Tho-
ma de Surremata, de Ordine nostro, et
de tota Christi Ecclesia adeo benemerito: e-
cultare in Domino debetis omnes qui in
unum adunati, ad decori utilitatisque to-
tius nostri Ordinis consulendum et domi-
nicano familiariter conservandas Traditiones
et ritus, huic sacello adesse digni habiti
Festis plantis sacro presentiaque sanctifi-
cato Seraphico Virginis Aculensis, cujus
confessiones in Crucifixi capella, ut Fest
traditio, noster excipiebat Joannes Acul-
jus altissimum spiritum tam sapienter
tantaque prudentia moderabatur noster
salmantinus Doctor, cujus in Dno. sum-
mam necessitudinem et secundum mys-
tica theologia profundissima arcana pres-
tita consilia tanti faciebat nostra Domi-
nica in passione.

Pro prima vice, a condita Smi. Bos-
sari Provincia, in uno ex suis conventibus
indictum est hocce Græle. Capitulum a
P. P. qui in propinquo elapso Lugduni cele-
brato diffinierunt. Ex cunctis orbis uni-

versi, quamquam dissitis regionibus in hoc
 religiosissimum collegium ad apostolicam et
 observantissimam Philippinarum Provinciam
 pertinens congregavit vos Christi amor et di-
 lectio; ut renovati spiritu vocationis vestrae,
 leges condatis alumnis nostrae Corporationis sa-
 lutaribus, ut inspirationem ebibentes in ar-
 dentissimo magni animarum Economiz zelo,
 ordinationes edatis sapientia refertas et leges
 feratis prudentiam sapientes, quibus ad pro-
 quendum optatum scopum S. Patris nostri
 in sui preclarissimi ordinis fundatione in-
 tentum animos ejusdem filiorum incitatis
 et robori eorum vires addatis maxime vegeta-
 tas, et pristinas P.P. Predicatorum inma-
 rescibiles glorias in primorum suum resti-
 tuatis splendorem; quod collapsum erat ins-
 taurando, quod temporum calamitate debi-
 litatum fuerat roborando. Ne de vobis asseri
 queat quod de pastoribus Israel per Ezechielem
 a Dno. minitante dictum est per hoc verba:
 "Quod infirmum fuit non consolidastis, et
 quod egrotum non sanastis, quod contrac-
 tum est non alligastis, et quod abjectum est

non redupistis, et quod perierat non quosistis." (1)

In hac tam magni momenti negotia vestre mentis aciem indeficienter intentam habentes, nihil dicetis, nullam ordinationem edetis, que non in maximam Ordinis utilitatem vertat, que non in animarum salutem mirifice confluat quod est finis precipuus nostre apostolice Institutionis: Fratres namque Predicatores coadjutores esse obstringimur ipsius Christi ministerii et continuatores divini ipsius operis quod Unigenitum Patris de celis ad terras attraxit et cum hominibus conversari triginta tribus annis, ad totius Adami stirpis salutem procurandam eternam, nullis ad huius propositi asequutionem parcendo laboribus, nullis indulgendo defatigationibus, toto sue sanctissime vite decursu dulciter atque charitative adiegit.

Et ecce, P. P. colenbli fratresque charissimi, subjectum circa quod tota mea

(1) Ezechiel. 34 v. 4.

versabitur oratio: ecce quam mihi hodie-
na die statui thesimevolvendam: ecce mate-
ria quam vestre religioso attentioni brevi-
bus subjiciam momentis, opitulante Dei
gratia et comitante vestra erga me benevo-
lencia, cui tam ardua et viribus meis im-
par provincia à Rmo. P. Magistro Grati est
demandata.

Majoris claritatis gratia in tres partes
tota mea dividetur oratio, quo ad synthesim
reducta haec sunt: 1.^a Scopus quem sibi pro-
posuit noster B. Patriarcha in sui Ordi-
nis institutione. 2.^a Quomodo ejus filii ad
felicem exitum hunc intentum perduce-
runt per seip et amplius secula à die suo con-
ditionis. 3.^a Quae media eligenda et in
proxim deducenda ut calamitosis hisce nos-
tris diebus non languescat color optimus ne-
que declinet splendor clarissimus quo à pri-
mavis temporibus ad nos usque indeficien-
ter, ulla absque eclissi, in toto, quo late patet
terre ambitu, refulsit Ordo Veritatis, Ins-
titutio S. P. Predicatorum.

Sectantes enimvero B. P. Nostri nobis

relicta sancte predicationis exempla, flexis
genibus et toto cordis animique fervore, ante-
quam prosequamur, divinum imploremus au-
xilium, mediatricem ante dilecti sui Fi-
lii conspectum interponentes B. Virginem
Mariam, eam salutantes verbis ipsis qui-
bus gabriel archangelus eam dixit gratia
plenam:

Ave Maria.

Thema ut supra.

II

Scopus, quem in sui Ordinis institu-
tione sibi proposuit B. P. Dominicus, rima-
ri facile potest ex ipso indito nomine S. P.
Predicatorum ab Innocentio III, approbato
postea ab Honorio III, et postremo a Gregorio
IX confirmato in bulla canonizationis nostri
Patriarcha, et ab eodem Sto. Patre nostro
longe antea ardentissimis desideriis, oratio-
nibus, lacrymis et multiplicibus meritis fe-
liciter obtento. Et vere hic Ordo re et no-
mine dicitur Predicatorum, quia princi-

paliter ad predicationem et salutem animarum est institutus. (1)

Id ipsum prorsus alveo fluit ex visione celesti qua non multo post sui Ordinis facta fundamenta, noster B. Dominicus Divinitus recreatus est, dum Homo mente volveret tanta molis opus et quam his verbis refert Hamachus noster: "Cum autem vir Dei Dominicus esset Homo, et in basilica Sti. Petri in conspectu Dei orationem suam pro conservatione et dilatatione Ordinis..... effunderet, facta Dni. manu super eum, gloriosos principes Petrum et Paulum ad se subito visione quadam imaginaria venientes aspexit, quorum primus, Petrus videlicet, baculum, Paulus vero librum sibi tradere videbatur, addebantque dicentes: vade, predica, quoniam a Deo ad hoc ministerium es electus. Itaque in momento temporis videbatur ei quod filios suos per totum mundum dispersos aspiceret, incedentes binos et binos, et verbum Dni. populis predicantes. Quapropter colosam rediens..... convocatis fratribus, in-

(1) Prolog. Const. Declarat. 1^a n.º 19.

vocato quoque Spiritu Sancto, dixit suum
esse propositum, ut fratres omnes, licet admu-
dum paucos, per diversas dispergeret regiones,
nec se velle de cetero eos in simul habitare,
sciens quod semina dispersa fructificant, con-
gesta putrescunt. Admirantes autem fratres
cur hic eos dispergeret, altiori quidem id agi
consilio ignorabant, nemo tamen ejus secte-
tie contraire praeumpsit." (1) Eadem thesis lo-
gice inferitur ex verbis nostri Benedicti XIII in
sua Constitutione Gratiosus, sic agentis: "Me-
mores porro quantum ex predicatione verbi
Dei Catholica Religio incrementum reporta-
verit, et quantum proinde meritum tibi com-
paraverint fratres hujus Ordinis, quos proin-
de Sedes Apostolica ab incunabulis ejusdem
Ordinis proclaro nomine Predicatorum in-
signivit." etc. (2)

Constitutiones denique nostrae in ipso
venerandi nostri codicis capite taxative de-
monstrant salutem animarum, media pro-
dicatione, reportandam principale fuisse

(1) Mamachi. Appendice Monumentorum, colum. 278.

(2) Bullar. Ordinis tom. 6. pag. 260. n. 29.

objectum a Sto. Patriarcha intentum, hisce
 expressissimis terminis: "Cum Ordo noster
 specialiter ob predicationem et animarum
 salutem ab initio noscatur institutus fuis-
 se, et studium nostrum ad hoc debeat prin-
 cipaliter intendere ut proximorum anima-
 bus posimus utiles esse."⁽¹⁾ Pressius autem,
 si factu tamen possibile est, loquuntur nos-
 trarum Constitutionum declarationes his ver-
 bis: "Huiusmodi est Ordo noster Predicato-
 rum qui ex sua prima institutione est prin-
 cipaliter, essentialiter et nominatim ad do-
 cendum et predicandum, ad communican-
 dum aliis contemplata, et ad procurandam
 animarum salutem institutus."⁽²⁾

En, P. Fratresque charissimi, preci-
 puum et fundamentale objectum a Sto. P.
 S. Dominico in sui Ordinis fundatione
 pro oculis habitum! Secundum autem
 intentum, quod cum antea mirifice con-
 sonat, fuit Fidei Ecclesieque Catholica fir-
 ma custodia et indefessa defensio, ut noster
 affirmat B. Humbertus.⁽³⁾ Quodque liqui-

(1) Prolog. lept. 3.º (2) Declarat. 1.ª n.º 13. (3) Ex post. B.

do patefacit prophetica visio in somnis ha-
bita ab Innocentio III, quamque his verbis his-
toria refert ecclesiastica: "Post hoc bone me-
morie Fulcone Tolosano Episcopo proficisce-
te Romam ad Concilium generale, adjunctus
est ei vir Dei Dominicus, qui ab eodem epis-
copo multo fovebatur affectu. Cum quo e-
tiam Summum Pontificem Innocentium
adiit, atque Ordinem, qui Predicatorum di-
ceretur et esset, confirmari sibi et suis regna-
cibus postulavit. At ille postulationi huius-
modi visus est aliquantulum primitus se
difficilem exhibere; quod tamen sine nutu
divino factum non est, ut nimirum ex
revelatione sequenti Vicarius Iesuchristi
cognosceret quam necessarium esset univer-
sali, cui praeidebat Ecclesia, id ad quod
vir Dei Dominicus inspiratus divinitus
aspirabat. Sic enim a plerisque fide dig-
nis compertum est: Quadam nocte si-
dem Summus Pontifex, Deo sibi revelan-
te, videbat in somnis quod Lateranensis
ecclesia, quasi suis compagibus resoluta,
Humbert. super Constitut. pag. 33.

gravem subito minaretur ruinam; quod dum tremens simul ac morens aspiceret, ex adverso vir Dei Dominicus occurrebat, humerisque suppositis totam illam casiram fabricam sustentabat. Cujus quidem visionis et novitatem admirans, et significatiorem prudenter intelligens, sine ullo dilationis obstaculo, viri Dei et commendavit propositum, et petitionem hilariter accepit, hortans eum, ut ad fratres suos rediens et diligenter deliberans cum eisdem, pari voto Regulam sibi aliquam approbatam eligerent, super quam inchoandi Ordinis promotionem firmaret; et sic deinceps ad ipsum veniens confirmationem ad libitum reportaret." (1)

Hunc quoque scopum esse nostrae Institutionis disertis verbis asseruit Honorius III; ita enim S. Patriarcham alloquitur in bulla nostri Ordinis confirmatoria: "Sos attendentes Fratres Ordinis tui futuros pinguis fidei et vera mundi lu-

(1) Ex vita S. Dominici à B. Humberto scripta n.º 22.

mina, confirmamus Ordinem tuum" (1)
 Eisdem fere verbis de nostra Religiosa
 Familia loquuti sunt Gregorius IX. et Ale-
 xander IV., quibus adjungi debet Urbanus V.,
 hocce proclarum de nostro Instituto elo-
 gium coram toto Cardinalium Collegio pro-
 ferens: "Non timeo hereses, nec eorum pul-
 sulationes, isto Ordine (Predicatorum) perdu-
 rante." (2) Quibus loquutionibus aperte
 passus est S. Pontifex quam maxime ex-
 ploratum habere quod Ordo noster constan-
 ter responderit suo pristino foundationi, et
 quia firmiter sperabat fore ut nunquam
 labentibus saeculis a suo primario sancto
 proposito esset declinaturus.



Prætermittere fas mihi non est aliud
 sancto memoria postremis hisee temporibus
 Pii IX. eloquens testimonium, qui ad P. P.
 nostros in Capitulo Grali congregatos verba
 faciens abhinc circiter triginta annis, sic
 agebat: "Ordo Predicatorum opitulari Ec-
 clesie debet sua doctrina sapientia celesti

(1) Ex prolog. Const. declarat. 1.º n.º 18. (2) Fouron in
 vita S. Thomæ tom 1.º pag. 288.

reperta; omni enim tempore fuit Ordo Veritatis et doctrina, et assiduissime simul ac strenua firmitate Sponse adfuit Christo charissime, temporibus prosertim adversis, eam preclara ac solidissima sua scientia inexpugnabili scuto tuendo, et sua Evangelici Doctoris tutissima doctrina armis validissimis eam ab omnibus etiam infensissimis hostibus illesam incolumemque servando. Hic Ordo qui tot protulit epimias sanctitatis viros, qui tot in lucem edidit clarissimi nominis sapientes omni disciplinarum genere abunde instructos, suos alumnos fortissimos primo in acie constanter dimicare fecit atque coegit adversus cunctos veritatis insugetores, contra universos erroris sectatores ad tutamen et columnen dogmatum Ecclesie sancte Dei immaculatum." (1)

Pontifex quoque Sani. Rosarii jure merito nuncupatus, Leo videlicet XIII feliciter huic nostre tempestatis calamitosis temporibus Ecclesie gubernacula manu tenens fir-

(1) L'Année Dominicaine (Juillet 1862).

18 -
ma, in sua Encyclica data die 17 Septem-
bris anni 1882 Congregationem et parallelis-
mum instituens inter fines sibi propositos
a Sanctis Fundatoribus Ordinis Minorum
et Predicatorum, sic nostra dominicana
Familia seipsum precise atque accurata dili-
gentia describit: "Quemadmodum Domi-
nicus Gusmanus Pater integritatem coles-
tiarum doctrinarum per eadem tempora tue-
batur, pravosque hereticorum errores luce
christiana sapientie depellebat; ita Fran-
ciscus..." etc.

Ex dictis luce meridiana patefiunt
duo fines primarii quos noster Patriarcha
in sui religiosi Instituti fundatione est
prosequutus: salus, videlicet, animarum per
verbi Dei predicationem assiduam et in
charitatis camino dignam obtinenda, et tu-
tam Ecclesie Catholice et Fidei defen-
sio adversus omnes cujuscumque generis nos-
trorum dogmatum Divinitus Traditorum
impugnatores per scientiam et sacram et
profanam acri et assiduo studio compara-
tam. Quam sint excelsi et super omnem

ponderationem solum et vere divini huius fi-
nes a Smo. Dominico Patre nostro in institu-
tione sua Dominicana Familia sibi propo-
siti, mirando, ut assolet, modo, frater noster
explicat Doctor Aquinas in sua aurea Sum-
ma Theologica, affirmans eos fines ipsi pres-
tantiam Tribuere et in culmine super ceteras
religiones eandem collocare. En tanti Pro-
ceptoris verba: "Differentia unius religionis
ad aliam principaliter quidem attenditur
ex parte finis, secundario autem ex parte e-
xercitii (sive observantiarum quibus ad fi-
nem consequendum utitur.) Et quia non po-
test aliquid dici altero potius nisi secun-
dum id in quo ab eo differt; ideo excellentia
unius religionis super aliam principaliter
quidem attenditur secundum religionis fi-
nem, secundario autem secundum exerci-
tium. Comparatio quo est secundum finem
est absoluta, eo quod finis propter se queritur;
comparatio autem quo est secundum exerci-
tium est respectiva, quia exercitium non
queritur propter se, sed propter finem. Et i-
deo illa religio alteri profertur quo ordina-

tur ad finem absolute potioverem, vel quia est majus bonum vel quia ad plura bona ordinatur. Si vero sit finis idem, secundo attenditur præeminentia religionis, non secundum quantitatem exercitii, sed (notate bene) secundum proportionem ejus ad finem intentum.... Sic ergo dicendum est quod opus vite active est duplex: unum quidem quod ex plenitudine contemplationis derivatur, sicut doctrina et prædicatio. Unde et Gregorius dicit quod "de perfectis viris post contemplationem manum redeuntibus," dicitur: Memoriam suavitatis sue eructabunt. Et hoc præfertur simplici contemplationi. Sicut enim majus est illuminare quam lucere solum, ita majus est contemplata aliis tradere quam solum contemplari. Aliud autem opus est active vite quod totaliter consistit in occupatione exteriori; sicut elemosinas dare, hospites recipere et alia hujusmodi, que sunt minora operibus contemplationis, nisi forte in casu necessitatis.....

Sic ergo summum gradum in religio-

ribus tenent que ordinantur ad docen-
 dum et medicandum, que et propinquissi-
 ma sunt perfectioni episcoporum: sicut et in
 aliis rebus fines primorum conjunguntur
 principis secundorum, ut Dionysius dicit.
 Secundum autem gradum tenent, que or-
 dinantur ad contemplationem. Tertius est
 earum que occupantur circa exteriores actio-
 nes." (1)

In articulo quarto ejusdem questionis
 jam prædixerat Angelicus noster: "quod con-
 venienter religio institui potest ad opera vi-
 te activa, secundum quod ordinantur ad
 utilitatem proximorum, et ad obsequium
 Dei, et conservationem divini cultus. Ne-
 que autem procuratur utilitas proximorum
 sed ea que pertinent ad spiritualem anima
 salutem, quam per ea que pertinent ad sub-
 veniendum corporali necessitati, quanto
 spiritualia corporalibus sunt potiora.... Hoc
 etiam pertinet magis ad obsequium Dei,
 cui nullum sacrificium est magis acceptum
 quam relus animarum, ut Gregorius dicit.

(1) 2^a 2^o quest. 188 art. 6. in corpore.

Magis etiam est spiritualibus armis contra
hereses hereticorum et tentationes demo-
num fideles defendere, quam corporalibus
armis pro solum fidelem tuum. Et ideo
conscientiosissimum est ad predicandum
et ad alia huiusmodi, quae pertinent ad in-
teritum alicuiusmodi, aliquam religionem ins-
titui." (1)

Hucusque noster Sanctus Proceptor, qui
suis angelicis conceptibus apologiam nostri
Instituti mirifice tenuit. Et fines nostre
Religionis, salutem scilicet animarum,
mediante predicatione verbi divini, et proxi-
dium Ecclesiae sanctae, mediis doctrina et
errorum confutatione, supra omnium alia-
rum religionum scopum, ut par est, attolit,
quo non ita propinque tendunt ad iusta tee-
ta inviolabilia et sacratissima Dei jura
conservanda.

Quid autem dicendum, P. P. F. F.
charissimi, si expositis adjiciamus, fines
nostri Ordinis ad unguem servatos nos
constituere continuatores divini operis, quod
(1) 2^a 2^a quast. 188. art. 4^o in corpore.

Verbum ipsum Patris de caelis ad terras at-
 traxit? Probe enim novimus propter nos
 homines et propter nostram salutem de ca-
 lis descendisse Unigenitum Dei, qui a prin-
 cipio Deus erat et Deus erat apud eum. (1) Di-
 vinissimum inter divina appellatur a D.

Dionysio salutem animarum cooperatio, tan-
 quam nihil a deo dignius et acceptius coram
 Deo quam huiusmodi scopo operam navare.
 De hoc divinissimo opere B. Humbertus ver-
 ba faciens his emphaticis, si emphasi in hac
 materia locus est, utitur loquutionibus: "Hoc
 opus est tanti pretii quod propter illud Divi-
 nitas est incarnata, et quicquid gessit in ho-
 mine Deus-homo totum reducit in hunc
 finem. Hoc est propter quod omnes spiritus
 angelici fiunt administratorii, et mittuntur
 ad ministrandum in salutem animarum.
 Hoc est in cuius comparatione totus mundus
 pro nihilo est reputandus: quid enim prodest
 homini si totum mundum lucretur cum anima
 sua modico detrimento? (Matth. 16.) Hoc est prop-
 ter quod Deus fecit ab initio omnia mirabilia

(1) Ioan. 1.º v. 1.º

que facta sunt in mundo, sive contra naturam, sive supra naturam. Ad quid enim facta sunt, nisi ut crederent homines in eum, et ut credentes salvi fierent?

Hoc est propter quod operandum misit Amator animarum in mundum viros sanctos, prophetas, apostolos, et alios excellentia mirabilis, et usque ad finem mittere non cesabit. Hoc est propter quod Scripturas excellentes et mirabiles inspiravit scribendas. Hoc est propter quod sacramenta mirabilia et gratis plena instituit...⁽¹⁾ Hucusque nosse debet B. Humbertus.

Ex quibus omnibus clare elucet finem precipuum à Srmo. nostro Patriarcha in sui proclari Ordinis erectione intentum non alium fuisse quam salutem animarum cooperari, quod est prestantissimum opus inter divina ipsa opera, cuique fini nullus adequatur alius. Ponimus ergo P. Predicatores pleno ore appellari, Juxta Apostolum, ministri Christi et dispen-

(1) Exposit. super Const. tom. 2. pag. 37.

ساتores mysteriorum Dei (!) quia dedit nobis ministerium reconciliationis et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo iubente per nos. (2)

Dicit forsitan aliquis cum S. Paulo: Nunc iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. (3) Fideles in igitur inventi fuerunt S. P. Predicatores primum sua Institutioni? et responderentur sine intento a suo S. Fundatore? Interrogate generationem pristinam, et dilucide investigate patrum memoriam... Et ipsi doceant ut vos et de corde suo proferant eloquia. (4) Et en, S. P. Fratresque dilectissimi, meo concionis logicam et naturalem partem alteram.

III

Alumnos Ordinis Predicatorum fideles a die conditionis suae inventos fuisse et plene satisfacere propositis et zelo qui in S. Patre nostro, iuxta Ecclesiam effatum, ardebat quasi facula pro salute peregrinorum; quique eum conspexit inveni violentia ad tantum opus molien-

(1) Ad Corinth. 1.º c. 4. v. 1.º (2) 2.º Corinth. . 5. vv. 18, 19 et 20.

(3) 1.º Corin. 14. v. 2.º (4) Job. 8. v. 8.

dum, auctores sunt omni fide digni testesque
 omni majores exceptione ducenta quadragin-
 ta quatuor Constitutiones quibus quinquagin-
 ta Pontifices Summi ab anno Domini 1246 ad
 usque 1731 nostram familiam summis laudi-
 bus celebrant, proclaris encomiis ad celos ex-
 tulerunt. Nobis sufficiat ex tanta testimonio-
 rum regete unam tantum in medium addu-
 cere Constitutionem Alexandri Pape IV, qui
 jam ab incunabulis nostri Ordinis, anno vi-
 delicet 1257, ad universos rescribens Ecclesie-
 prolati, hoc solemne protulit testimonium
 de fructu à Christi Sponsa ex Dominicana
 Familia reportato: "Celestis ille Agricola,
 inquit, summus Auctor Fidei præcipuusque
 Protector, Sacrum Predicatorum Ordinem,
 quasi lignum fertile, inseruit in Ecclesie pa-
 radiso, ut delectaret a monitate, iheritate satia-
 ret, et fructuum suavitate mulceret. Hoc ita-
 que speciosum, fecundum et dulce lignum,
 imbre superno rigatum, pulchra, plurima et
 dulcia poma profert, quorum odore et sapore
 confortantur et convalescunt debiles, variis-
 que detenti laboribus liberantur. In hoc uti-

que vita ligno, mortales, carnis infirmitatibus progravati, pabulum salutis inveniunt, et internam recipiunt sospitatem. Hujus, inquam, ligni percepta fragrantia, cucurrerunt undique ad libamen ipsius innumeri professores fidei, et concurrunt, qui perfruentes avidue illo, et salutaribus ejus convalescentes fructibus, de ipsorum proguata dulcedine, ministrant et ipsi talia suavia libamenta salutis. Hoc est illa generosa plantatio, qua ramos suos undique expandens flores plurimos honoris et honestatis, fructusque uberrimos doctrine profert et virtutis, et odore sancto et laudabilis conversationis longe lateque diffunditur. Hic est Ordo sacer Predicatorum, honestate floridus, proclarus scientia, virtute fecundus, a Sede Apostolica merito approbatus, qui inter alia plantaria Dominica, puritate conversationis, sapientie dono, et virtutis merito dignoscitur specialiter insignitus. Hujus sacri, clari, conspicui et approbati Ordinis Fratres Sacram

Scripturarum studio instantanter incumbunt, animarum profectibus, divinis Officiis et orationibus incessanter intendunt, atque Evangelicae proditionis ardentem insistentes, hinc divinae doctrinae ubique per orbem diffundunt. Hi sunt viri doctrina clarissimi, qui contemplationi coelestium ferventer invigilant et pio vite studio sine intermissione desudant. Hi sunt viri probati et plene in lege Domini eruditi, Fratres, videlicet, dicti Ordinis, efficaces quidem in opere, ac in proditione potentes, quorum labia gratia coelestis edocuit, ad propinandum salubrem doctrinam aliis et exponendum commodum animarum: unde ubique per mundum ipsorum ora intonant velut tubae, ac in omnem terram exit sonus proditionis eorum et usque ad fines orbis suo salutifera verba sonant. Hi sunt viri proclari, conspicua Religione fulgentes, qui tanquam lucentia sidera in Ecclesiae firmamento, suis splendidis documentis insinuant mortalibus viam vite. Hi sunt phialae aureae, plena odoramentis, qui sua

sua sacra conversatione suaviter redolentes,
 hortantur per hoc alios, et inducunt, excussa
 proavis inertia, surgere ac properare ad opera
 bonitatis. Hi sunt dilecti Deo et hominibus,
 morum honestate conspicui, scientiæ titulis
 insigniti, quos æterni Patris benignitas, in-
 ter plurimas personas divinis obsequiis de-
 putatos, pro sui Patriæ attollenda gloria
 et fidelium procuranda salute, specialiter e-
 legit, qui suum semper affectum ad amo-
 rem celestium dirigentes, virtutum Divi-
 ni nominis ubique publicant, et pro Chris-
 tiana Religionis ampliandæ cultu vigili
 attentione laborant. Hi sunt qui vitam et
 merita S. Pauli Apostoli contemplantes, glo-
 riantur in sola Cruce Dni. nostri. Jesu Chris-
 ti, et mundi pompas ac solatia spernentes,
 ad solam celestem Patriam et ad Paradisi
 delicias recta intentione suspirant. Hi
 sunt, qui propter Deum semetipsos salubri-
 ter abnegantes, elegerunt sub arctissima
 paupertate Deo servire, tanquam nihil
 habentes et omnia possidentes. Hi postre-
 mo sunt qui, cum omnia terrena prop-

ter amorem celestium reliquerint, sobrie,
juste, pie ac caste viventes, et epulis vite
subsidia mendicantes, Christum pauperem
imitantur, perfectionem Evangelicam am-
plexendo: unde clarissime constat eos in
statu perfectionis existere, et per sue Re-
ligionis observantiam quo quidem ipsius
Evangelica perfectio continet formam,
in aeterno retributionis premio, preexcel-
lentem gloriam ~~precipua~~ ^{precipua} ~~charitate~~ ^{charitate} promereri.
Pro his ergo, ab universis Ecclesiarum Pre-
latis cunctisque Christi fidelibus diligendi
sunt precipua charitate, ac tanquam ve-
nerabiles Dei ministri et populo suo neces-
sarii, honorandi condigne, et favoribus spe-
cialibus muniendi. (1)

Post tot tanque encomiasticas laudes
Dominicane Familiae a tanto Pontifice tri-
butas, post ejus gloriam apothecam tam
perelegantem celebratam, post ejus per magni-
ficam historiam tam sublimi stylo nar-
ratam, & quis jam mirabitur vestrum Cons-
titutiones ipsas nostras Vicario Christi in

(1) Bullar. Ord. Tom VIII pag 13.

Terris choram efformando et ejus armonioso
laudum cantico concinnando de nostro Pro-
dicatorum Ordine in hujusmodi erumpat
tam insolita elogia? En nostri sacri Codicis
textualia verba: " Multiplicavit autem Dominus
meritis B. Dominici P. N. Ordinem nostrum,
et dedit ei viros excelso, in verbo glorie, quo-
rum alii fuerunt Doctores illustres, qui pro-
funda fluviorum et abdita diversarum scien-
tiarum scrutantes, obscura produxerunt in
lucem, et diversos libros et commentarios ad
corroborationem Fidei et edificationem Ec-
clesie et ad sacre Scripturae explanationem,
diversis locis et temporibus, ediderunt. Alii
vero fuerunt insignes Summi Pontifices,
Cardinales et Episcopi. Alii, viri fortes, sum-
ma constantia, usque ad sanguinem pro fi-
de decertantes, et pro ea strenue martirium
sustinentes. Alii, Predicatores celebres, qui ad
justitiam erudientes multos, illuxerunt
in firmamento Ecclesie, et diversas mundi
partes verbis atque exemplis illustraverunt.
Dispergente namque B. Dominico P. N.
Fratres suos, tanquam quosdam radios,

imo tanquam quaedam luminaria, ubique terrarum coperunt homines: submittere corda et corpora suavissimo iugo Christi, indueruntque habitum Ordinis nostri. Prolati, Decani, Propositi, Archidiaconi, Abbates, Priores, Monachi, Canonici regulares, diversarumque Facultatum Doctores, et alii viri illustres, ac principes, vita et scientia eminentes: qui, veluti filii Israel germinantes, creverunt et multiplicati sunt ac roborati nimis, et intra breve temporis spacium, per totum mundum diffusi, Provincias omnes citra et ultra mare Fratribus Ordinis impleverunt, ac urbes, civitates, oppida, Ecclesias, Collegiis et Conventibus ornaverunt." (1)

En, PP. Fratresque dilectissimi, per amplam ac spatiosam opimorum fructuum collectionem, quam labentibus seculis et mundo et Ecclesie protulit amenissimus Ordinis Predicatorum frutex! Ecce quomodo sui officii partes adamussim impleverunt Sti. Domini-
 ci Filii! Ecce quomodo fideles Dominicani alumni omni tempore inventi sunt sua voca-

(1) Const. Ord. Prod. Prolog. Declarat. 1.º n.º 20.

tionem, et sui sancti Patris ^{ad.} eis concreditam opem
in eventibus respondit!

Quid quod de nostris Patribus Predi-
catoribus asserti merito queat quod de Apostolis
et in novis Christi Discipulis; per elegantem scrip-
sit sermone magnam eloquentia Christiano flu-
men S. Chrysostomus? Neque miretur quis au-
dere me tantam instituisse comparationem; Pre-
grius namque IX nostro asseruit B. Patriarcha:
"si ex suo Ordine aliqui ad episcopalem eve-
herentur dignitatem, recturos eos esse populos
sue vigilanti cura committes, sicut tibi rege-
ba. Et apostoli communis dictionis immédia-
ti," quem ad modum refert Theuri. (1) Utique
de nostris Predicatoribus affirmare recte pos-
sumus quod: "Peragraverunt orbem terrarum,
et infirmos eorum invenientes, ad sani-
tatem reducerunt: et in ruina positum
a. stabilitatem revocarunt, non scuta
moverentes, non acus ferientes, non sagit-
tas mittentes, non pecuniam largientes,
non in eloquentia conquirentes. Pecunia
indigentes.... non habentes humana solatia."

(1) Hist. ecclesiast. lib. 38.

... Peragrarunt univerrum orbem oves simul cum lupis; et vulnerata à bestiis mori sunt oves, sed magis lupi ad ovium mansuetudinem sunt conversi." (1)

§ Quidni, de rapida et pernici Evangelii per totum orbem evulgatione per apostolicum P. P. Predicatorum in unum dicere nobis fas non erit, quod S. Hieronymus Episcopus affirmabat de tristitia post Christi ascensum celeri mirabilique novae fidei propagatione in a. postolatorum v. r. h. G. i. d. i. c. a. t. i. o. n. e. ? S. I. a. n. s. G. e. t. u. l. o. n. u. m. v. a. r. i. e. t. a. t. e. s. i. e. b. a. t. S. A. r. m. e. n. i. c. u. s. e. t. C. a. u. r. u. m. m. u. l. t. i. p. l. u. s. H. e. r. e. t. i. c. a. n. o. m. o. m. o. n. i. a. o. m. n. i. a. r. e. r. m. i. n. i. a. e. t. C. a. l. l. i. a. n. o. m. d. i. v. e. r. s. e. n. a. t. i. o. n. e. s. e. t. P. r. i. t. a. n. o. m. i. n. a. c. c. e. n. s. a. R. o. m. a. n. i. s. l. o. c. a. ; C. h. r. i. s. t. i. a. n. o. s. u. b. d. i. t. a. ; e. t. S. a. r. m. a. t. a. n. o. m. e. t. P. r. o. v. i. n. c. i. a. n. o. m. e. t. I. n. s. u. l. a. n. o. m. m. u. l. t. a. n. o. m. e. t. q. u. e. e. n. u. m. e. r. a. r. e. n. o. n. p. o. s. s. u. m. u. s. ; i. n. q. u. i. b. u. s. o. m. n. i. u. s. l. o. c. i. I. s. t. i. n. o. m. e. n. r. e. g. n. a. t. ; u. t. s. e. n. t. e. a. i. t. e. q. u. o. m. o. m. n. i. u. m. c. i. v. i. t. a. t. u. m. p. e. r. t. o. s. u. n. t. a. p. e. r. t. a. e. t. c. u. i. a. m. e. l. l. a. s. u. n. t. c. l. a. u. s. e. ; a. r. t. e. q. u. e. r. e. s. e. r. v. a. t. u. r. c. o. m. m. u. n. i. t. e. i. t.

(1) Sermo P. Chrysost. De Pentecoste.

valve orea sunt aperte.... Christi regnum
ubique porrigitur, ubique creditur, ab om-
nibus gentibus supra enumeratis colitur. (1)

¶ Nonne de nostris P. P. Predicato-
ribus asserere etiam possumus quod de
discipulis Dni. N. Jesuchristi affirmat
S. Justinus martyr, dicens: "Nullam fuis-
se nationem, hominum aut Barbarorum
aut Grecorum, aut cujuscumque alterius no-
minis vocarentur, aut incolerent paludes,
aut carerent tecto, aut in tabernaculis vi-
verent, aut armenta ducerent ad pascua,
à quibus preces, gratiarumque actiones ad
Patrem, Creatoremque Universi non effun-
derentur opera et predicatione Christi disci-
pulorum?" (2)

Quo cum ita sint; ¶ quisnam
vestrum mirabitur, si à primordiis Ordi-
nis nostri alumni Dominicano Familie
fere totum occupaverint orbem suis predi-
cationibus, sua verbi divini larga semina-
tione? ¶ Nonne in ipsa sua infantia, si

(1) S. Augustinus ad verus Judæos. cap. 7. (2) In
dialog. cum Tryphon. n. 117.

infantiam noster agnovit Ordo, anno videlicet 1243, plus quam triginta quinque mille filios suos in animarum salutem intentos, tam divino ministerio totis viribus incumbentes, in suo inscriptos catalogo annumeravit Predicatorum Familias, Veritatis Ordo? Idcirco jure ac merito Innocentius Papa IV. tantum demiratus laboris studium tamque celerem Instituti nostri diffusionem, volensque ipsi publicum gratiarum testimonium probere, litteris datis 23 Julii anni 1253, sic ad nostros Fratres per universam terram dispersos rescribere est dignatus: "Vostros dilectis filiis Fratribus Predicatoribus, qui verbum Dei annuntiant in terris Saracenorum, Paganorum, Grecorum, Bulgarorum, Cumanorum, Bithyopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Tartarorum, Gothorum, Licocorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Arabianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mossilitorum, Tartarorum, Hungarorum majoris Hungarie, Christianorum captivorum apud Tartaros, aliarumque Infide-

lium nationum Orientis, seu quarumcumque aliarum partium proficiscentibus; Salutem et Apostolicam Benedictionem" etc. (1)

Hocce tam inusitato expansionis factum demiratus P. Felip e Soc. Jesu, stupore correptus, sic exclamat: "Nunquam ab Apostolorum temporibus a seculo est auditum virum aliquem aut herodem potuisse tam brevi temporis transcurso peractam adeo auspicato omine contemplari institutionem decore pleniorum, fructuum sui amoris et zeli pro Dei gloria uberiorum, quemadmodum B. Dominicus in suo S. P.

Prodicatorum Ordine feliciter est expectatus, propriisque oculis conspiciere est a Deo misericorditer donatus. Nec parentis maris aestus, neque formidandi aquilonis, nec rigoris gelua, neque tropicorum ardores, Insuper hiiles, nihil, uno verbo, vim ullam habent ad gradum detinendum, ad retrocedendum a cepta jam via, ad animi vigorem compescendum dominice cum Fratrum evangelizantium

(1) Bullar. Ordin. tom 1.º pag. 287.

pacem, evangelizantium bona."

Recentes Predicadores, nondum transacto primo saeculo fundationis saeculo, jure optimo poterant, Tertulliani verba mutantes ex suo Apologetico, gaudio perfusi exclamare: "Hesterni sumus et omnia implevimus; urbes, insulas, sive quo prope sive quo procul sunt, a summo usque dorsum, ab oriente ad usque solis occasum. Petri cathedram, primasque sedes episcopales, curiam romanam, apostolicique palatii Magisterium, Sti. Officii Commisariam, Indicis Romani ceterarumque Congregationum consultationes, legationes apostolicas, et regales, et imperiales, patriarchatus nobilissimos, regias aulas, ubi principum catholicorum conscientias moderamus, Concilia in quibus, juxta Canonum nostrum, magnum lumen attulimus Patribus, Universitatum scholas magna auditorum celebritate florentes, nostrae et divino et humano scientiae copiosis imbribus irrigatas, primos accubitus in eis occupantes, potiores partes in gymnasiis tenentes,

inter perfectos scientiam loquentes, bibliothecas nostras eruditis codicibus locupletatas, musea et liberalium artium Academiis monumentis nostrae inventionis et nostrae illustrationis repleta, gentiliū regiones nostro sanguine irrigatas, copiosis sudoribus nostris fecundatas, catholicorum plagas nostris exemplis aedificatas et nostrae predicationis vi et virtute in meliorem frugem receptas, Spiritus Sti. cathedras sacra nostra eloquentia, nostroque zelo ardentissimo illustratas, confessionalia a nostris penitentibus cum maximo suarum animarum fructu frequentata. Nulla denique gens est neque tam immansueta neque tam fera, quae ad evangelicam mansuetudinem nostris charitativis adhortationibus non sit conversa, nulla durities tam adamantina quae divino nostro predicationi non cesserit, nullus error qui ante penitentiam et vividam scientiam nostrae lucem in imis terrae visceribus abscondi non sit coactus, nulla haeresis quae nostris argumentationibus ad interuersionem usque non

sit perducta, nullus denique errandi, nullus ad verum Ecclesiam perveniendi locus, ubi Veritatis Ordinis sectatores sua fixere tentoria. Tandem omnia implevimus, solum aëreis potestatibus, et obduratis peccatoribus, et impenitentibus hereticis reliquimus sine impietatis atra delubra, suorum flagitiorum obscurum latibulum, sine infidelitatis speluncam horrendam.

Ab enucleata recensione Summorum Pontificum qui labentibus seculis Petri Cathedram ascenderunt eam illustrantes, Emorum Purpuratorum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, S. Sedis Legatorum, sapientissimorum scriptorum, invictissimorum fidei et Catholice Ecclesie dogmatum adversus hereses quascunque propugnatorum, infatigabilium in vinea Domini laborantium operariorum, athletarum agminum rutilantium, qui propter fratrum aeternam salutem, animo suo non pepercerunt, charissimorum Dei amicorum, qui usque ad sanguinis effusionem mundum et diabolo propter ejus gloriam strenue restiterunt,

et eorum qui vulneribus confoso corpore et
sui cruoris terra madida, in column marty-
rii palmam victricem reportaverunt, quos-
que omnes per seip et amplius secula non
interrupta successione felicissimus ge-
nuit Ordo Predicatorum, supercedere fe-
lici compellor necessitate, eo quod horum om-
nium innumerabilis existit, in nostro Pre-
dicatorum Ordine, phalanx gloriosa. Obtu-
tum figite in terram, recedete stillas ro-
ris; oculos in column levate; dinumerate
stellas eius fulgidas, que in serena et per-
lucida nocte, micantibus suis fulgoribus,
spatia sideralia ornant; et si viribus non
excedere vestris, si vestro calculo id par esse
existimatis, et si prospere hoc vobis succes-
serit; gloriamini tunc donatum vobis esse
enumerare ordinatum exercitum tot illus-
trium virorum, tot candidissimarum vir-
ginum nitidum chorum, tot mirabilium
stomaturogorum sine fine seriem, tot in-
victisimorum instructam aciem Christi
pugilium, quam ad Catholica Ecclesia de-
dit, in lucem dedit fecunda Dominicanorum

rum Familia. Omnes isti stant in conspectu
 Dni. in exultatione, quos Ordo hic exercuit multi-
 plici agone. (1) Ibi sunt viri sancti quos elegit
 Dnus. in charitate non ficta, et dedit illis
 gloriam sempiternam, quorum doctrina ful-
 get Ecclesia ut sole luna; in omnem enim ter-
 ram exiit sonus eorum et in fines orbis terra verba eo-
 rum. (2) Ibi denique viri misericordiae sunt quorum
 pietates non defuerunt: cum semine eorum perma-
 nent bona, hereditas sancta nepotes eorum, et in
 testamentis stetit semen eorum: et filii eorum prop-
 ter illos usque in aeternum manent: semen eorum
 non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepul-
 ta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et
 generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi et
 laudem eorum nuntiet Ecclesia. Laudemus igitur
 viros gloriosos, et parentes nostros in generatione
 sua. Multam gloriam fecit Dnus. magnificentia
 sua a seculo. Dominantes in potestatibus suis, homi-
 nes magni virtute, et prudentia sua praediti, nun-
 tiantes in prophetis dignitatem prophetarum, et im-
 perantes in presenti saeculo, et virtute prudentia po-
 pulis sanctissima verba.... Homines divites in vir-

(1) Ex officio omnium Sancti Ordinis. (2) Palm. 18 v. 5.

tute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis sue gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum." (1)

Hoc P.P. Fratresque charissimi, hoc nostra progenies est generatio querentium Deum, querentium faciem Dei Jacob. (2) Hoc est generatio rectorum quae benedicetur, atque generatio et generatio laudabit opera sua, et potentiam suam pronuntiabunt. (3); Oh quam pulchra est casta haec nostra generatio cum claritate! Immortalis est enim memoria illius: quoniam et apud Deum nota est et apud homines. (4)

Merito ergo auribus vestris iterato repetere fas mihi sit verba Isaie, quae incipite huius concionis tanquam thema transcripta sunt: "Attendite ad petram unde scisi estis, et ad cavernam laci de qua praecisi estis. ~~Et~~ Attendite ad Abraham patrem vestrum et ad Sararam quae genuit vos." (5) et tanti patris cum decore portate nomen, et tanto matris moribus

(1) Eccli. 44. per totum. (2) Psalm. 23. v. 6. (3) Psalm. 144. v. 4. (4) Sapient. 4. v. 1. (5) Isai. 54. v. 1.

sanctissimis et proclarissimis ejus scientia assiduo studio comparata ne abhorreatis fulgoribus. Quibus vero viis ad tanta gloria fastigium pervenerint patres nostri et quibus rationibus, eorum premendo sanctitatis et scientie vestigia, nos ipsi digni fieri debeamus continuatores tam gloriosae historiae gentilitiae et annalium nostri Ordinis in aureis paginis insculptorum et sanguine indigenae pro atramento plerumque scriptorum; ecce quod postremam sermonis partem constituet, si mihi non desit vestra notissima benevolentia.

IV.

Commune fert philosophicum axioma eisdem positis causis eosdem quoque produci necesse est effectus. Si ergo media selecta a P. P. S. Dominico et Sina praecipua deducta ad optatos sui Ordinis fines adipiscendos tanta vi et modo adeo mirabili contulerunt, et novo atque insolito quodam splendore per se et amplius saecula et Ecclesiam universam et nostrum speciatim

Institutam perfudere; asserendum profecto erit magnam in ipsis insitam esse virtutem et seisdem iterato in medium adductis, eundem quoque nitorem editura, eosdem etiam gloriosos effectus esse iterum allitura.

Quonam autem fuerint excellen-
tissima huiusmodi media, suo scopo tam accomodatissima, suo fini adeo consonantia passim in nostris Constitutionibus quasi digito demonstrantur non alia fuisse abs-
que dubio quam oratio non interrupta, regula-
ris vite stricta observantia, predicatio
verbi Dei assidua, et scientiarum omnium
iuge, acre et continuum studium.

Liceat unum vel alterum nostri
venerandi Codicis textum in medium pro-
ferre, ut clare perspiciatur ab omnibus quan-
ti sit semper a nostris Patribus habita ho-
rum medicorum observantia ad hoc ut nostri
Ordinis metam contingerent optatam.

De oratione mentali hoc inter alia
nostra prescribunt Constitutiones: Oratio men-
talis bis in die et semper qualibet vice spatio medie
horæ fiat.... cui intervenire et assistere teneantur

omnes quocumque officio, gradu vel titulo censeantur, non obstantibus cujuscumque Collegii propriis statutis, legibus, consuetudinibus, aut stabilitis horarum et exercitiorum distributionibus, etiam Apostolica Constitutione roboratis, quibus speciali Auctoritate Apostolica derogamus. Et ne de facili quis ab hoc sancto orationis exercitio ob labores vel occupationes excusetur, hoc pronuntiatur aduersus Transgressores timenda sententia: "Quod si ab ea (oratione) ex quacumque causa legitima vel illegitima interdum abfuerint, nihilominus teneantur illamet die saltem unius dimidie hora spatium integrum, sepositis aliis occupationibus, privatim insumere orationi mentali. Idque his precipimus sub formidabili obtestatione divini iudicii, et sub pena cærendi, pro illa die omissionis, communi participatione meritorum et bonorum operum totius Ordinis." (1)

De regulari vero observantia ita loquitur noster sacer scriptus: "Admonemus et quantum in Dño. possumus hortamur, atque evangelica omnes excitamus tuba, quatenus universi patres et fratres nostre cure subjecti, propria obligationis memores, exac-

(1) Dist. 1.^a cap. 1.^o declarat. 15, n.^os 104, 105 et 106.

horem amplectantur observantiam." (1) Et paulo inferius transcribendo verba Clementis VIII. ita Superioribus alloquitur: "Superiores omnes in Dno. admonemus, ut memores sint rationis quam in novissimo die reddaturi sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio invigilent, ut que in eorum Ordinis regulis et Constitutionibus, de oratione mentali, silentio, jejniis, Capitulo culpatum, aliisque spiritualibus exercitiis prudentes ac pie sancita sunt, ea omnia et singula ad unguem observentur; intelligant, super his, velut fundamentis, omnium Religionum edificia construenda et amplianda esse." (2)

De predicatione autem, ejus modo et frequentia hoc a nostris ordinantur Constitutionibus: "Predicator ut digne predicet, in primis debet habere ardentem dilectionem, atque in omnibus suis studiis et operibus animarum salutem principaliter desiderare, et ad eam vires suas intendere. Deinde, foris debet pro se ferre mores religiosos, vitaeque honestate, et christiano pietatis exemplo populos edificare. Tandem scientia et intelligentia Sacrarum

(1) Distine. 2^a cap. 2: declarat. 10. n^o. 597.

(2) Ibidem.

Scripturarum satis eruditus esse debet. ... Admonendo precipimus omnibus verbi Dei predicatoribus, ut aperte et animose pro fide loquantur adversus haereses, et ea fidei dogmata constantiter et explicitè proponant, quae loci et temporis ratio postulaverit, et contra christiani populi scelera strenue clament, et inter cetera blasphemiarum et perjuriorum pravitatem frequentissime insectentur. Proinde, vana curiositatis apices, profanas novitates ac florida commenta vitantes, sectentur doctrinam utilem, solidam, gravem, Apostolicam, et morum religiosa virtute integre exemplo comitentur; non prodigantes semetipsos, sed Jesum, et hunc crucifixum. (2)

Provinciales et Priores, sub pena abolitionis à suis officiis, curent in nostris ecclesiis verbum Dei à predicatoribus de mane diebus festis populo indesinenter annuntiarì, et post Vesperas lectionem Sacrae Scripturae ab aliquo P. Lectore vel Predicatore idoneo haberi, quatenus Dei honor et animarum salus procuretur, simulque Fratres in rebus ipsorum statui convenientibus occupentur. Gravissime injungimus ut in ecclesiis nostris Dei verbum, quodam frequentius potest, fid

(1) Distinc. 2^a cap. 12. declarat. 1^a n: 95. (2) Ibid. n: 95

libus annuntietur, utque in majorum Canoniorum Templis, omnibus Dominicis et solemnibus diebus festis, aliquod christiana doctrina caput, ex Sacris Litteris, maxime ex Evangelio, quod eadem die perlectum in Missa fuerit, applicetur." (1)

De studio denique non interrupto ita loquitur nostra Constitutio: "Fratres vero in studio taliter sint intenti, ut de die, de nocte, in domo, in itinere, legant aliquid vel meditentur, et quidquid poterant retinere corde tenent nitantur. (2) Circa eos autem qui student, taliter dispensentur a Prelato, ne propter Officium vel aliud, de facili a studio retrahantur vel impediuntur. (3) Studentes debent acriter et perseveranter incumbere studio.... Quia ex profectu studii sequitur promotio Ordinis et utilitas animarum, monemus quod Fratres in studio sint plus solito diligentes. Priores autem Provinciales et Conventuales ac eorum Vicarii studeant pro viribus studium promovere, et severius puniant quos invenerint negligentes." (4)

i Ob pretiosa et prudentiam undequa-

(1) Ibid. n° 964. (2) Dist. 2° cap. 11. text. 1° n° 1038.

(3) Ibid. text. 6° n° 1044. (4) Ibid. declar. 1° n° 1055.

que recedentia documenta transcripta a nostro Codice hinc inde excerpta, cunctarum a nostris Diffinitoribus condendarum legum norma perfecta, specimen absolutum!

Oh quam aptissima sunt haec media a nostra legatione prescripta ad nostros fines ultimos asequendos! Nam ad tradendum aliis contemplata necesse omnino est quod praeiverit contemplatio et veritatum aeternalium frequens, imo et assidua, meditatio: ad alios sanctificandos procedere indispensabiliter debent, et religiosa predicationum conversatio, et exemplarum virtutum odor fragrantissimus, ad quod via recta miraque modo conducunt et regularis observantia et bonorum operum exemplum omnibus pervium: ad alios edocendos et in Fidei dogmatibus imbuendos, et contra ipsa grassantes errores felici exitu confutandos necessario opus est previa sufficienti preparatione, quae absque diligenti et continuo studio comparari nequit. Oh media excellentissima omni prosequenda laude! In eis enim profinendis habita ante oculos constanter fuit a nos-

trarum legum laboribus magni momenti distinctio quo intercedit media inter omnino essentialia et absolute loquendo necessaria, si ne quorum positioe impossibile est consequi finem, et ea quo ad nullius esse solummodo congruentia. Ideo in prioribus illis nullam admittunt dispensationem; nullam patiuntur relaxationem. nostre leges sapientissime, dum in posterioribus facultatem prelati faciunt eorum rigorem relaxandi, in his precipue quo studium vel predicationem, vel ~~omnium~~ fructum videbuntur impedire. (1) Ea enim quo sunt ad finem, ait Angelicus Doctor, non dicuntur bona nisi in ordine ad finem; (2) et ea quo ad optatum non conducunt intentum potius obstacula quam media sunt ~~removenda~~ in praxim deducenda. Hæc de causa, commentantes Prologi septimum super adductum Declarationes nostre sic se habent: "C. m. finis Ordinis nostri sit predication et salus animarum, ideo statuta Ordinis non debent ita

(1) Prolog. Const. textu 3.º (2) 2.º 2.º quest. 23, art. 7, in corp.

rigide servari, quod impediunt illud propter
 quod Ordo principaliter est institutus; quia
 quod propter aliquid institutum est, non de-
 bet contra illud militare; et quae sunt ad fi-
 nem ordinata debent esse proportionata et
 commensurata eidem fini, et regulari secun-
 dum congruentiam ad illum finem." (1)

Media igitur ad duos principales Or-
 dinis scopos, salutem videlicet animarum et
 nostra Fidei defensionem, attingendos, quae in-
 dispensabiliter ab omnibus P.P. Predicatoribus
 in praxim sunt deducenda, quaeque a vobis,
 R.R. P.P. Diffinitoribus, omni studio, diligen-
 tia et cura fovenda sunt et promovenda, ad
 Ordinis decorem conservandum imo et augen-
 dum, abs dubio sunt fervens et crebra oratio,
 assidua et zelo plena verbi Dei predicatio, et
 iuge ac non interruptum Sacrarum Scrip-
 turarum necnon scientiarum omnium
 studium, a Patre enim luminum descendunt
 omnes, et ad defensionem Fidei, hisce praecipue
 nostris Nationalismi temporibus infandis,
plus quam credi solet mirifice conferunt.

(1) Prolog. declarat. 3.º n.º 34.



Predicatio ergo divini verbi constituere debet quotidianum officium alumnorum Ordinis Predicatorum, ut rem nomini conformemus nec nomen portemus inane. Ille desipuum mihi in anima est ^{quod} res nostre Predicatorum Familie in deterius ^{agere} hac nostra calamitosa tempestate ^{si forte} aliquantulum negligentia, utique censura digna, indulgentissus hac in materia tam capitali a qua tota vita nostra pendet, ^{si pariter verbum divinum populis progredimur et} ~~per nos predicari videtur~~ ^{si non} ~~tam instructa salutis proximorum~~ ~~quod~~ ~~quam~~ ~~lucris turpis~~ ^{causa predicatio procedat. Diligenter perpendamus, si} ~~etiam~~ ~~non~~ ~~jam~~ Dei gloriam querimus, sed proprium commodum et auram ^{si} popularem; denique non tam predicamus Christum crucifixum quam nosmetipsos, ^{et} Non raro predicationes nostre haud conformantur prescripto Tridentini Concilii; nec adquantur sapientissimis regulis nuperime a S. Congregatione Episcoporum et Regularium emanatis.

Ubi inveniuntur, ubi reperiri fas est, nostris hisce temporibus, Predicatores illos qui suis predicationibus apostolicis totum repleve-

runt orbem, magna post se relinquentes vestigia sanctitatis et zeli pro gloria Dei ardentissimi, et ad meliorem fugam se recipere cogentes peccatores etiam induratissimos vi vere miranda sua predicationis et sermonis divini efficacia omnipotenti? ^{et nos gratia eius adjuti innovati etiam} Innovet ~~ergo~~ Deus dies antiquos, dies preclaros et gloria plenos decemorum nostrorum B. Dominici Patris nostri et sanctorum fratrum nostrorum Jacinthi, Ceslai, Vincentii Ferreii, Ludovici Bertrandi, Granatensis et aliorum millium et centenorum millium, qui cum dignitate et Ordinis decore maximo et animarum favore salutari nomen portarunt Predicatorum, et quorum eloquentia sacra, charitatis et sancti zeli ardoris virtuti et efficacia nullus, quamvis vitiorum luteo voluntatus et in via peccatorum inveteratus resistere potis erat homo.

(Multiplicentur proinde nunc maxime necessaria missionum exercitia, etiam inter fideles, populos instruamus frequenter, qui grandi et crassa laborant mysteriorum Fidei ignorantia, non quarentes eorum bona

sed animas pretioso Christi sanguine comparatas. Sic operando innovabimus abs dubio dies nostros sicut à principio; (1) sic respondebimus nostre sancte vocationi; sic nomen nostrum ubique Terrarum bene audiet, et multiplicabitur Ordo noster, usque ad confines orbis terras suas propagines extendens, vita exuberantes, vigore luxuriantes et eterna viriditate; sic denique prosperabit Dnus. Ordinem nostrum, credite mihi, etiam in hujus vite bonis materialibus, ut in propatulo est sic evenire omnibus illis Provinciis, que huic apostolico ministerio indesinenter addicuntur, quibus prospere cuncta succedunt et quarum vocationes et proventus à Dno. insolito modo procurantur, et sine more promoventur.

Pro oculis habere etiam debetis. P.P. Fratresque charissimi, quod si ab Innocentio III impositum nostro Instituto nomen est Prodicatorum, sic pariter à Joanne XXII nuncupatum est Ordo Veritatis. Ad digne et cum decore portandum hujusmodi honoris tesseram et nobilitatis symbolum, mirifice conferet, si

(1) Thren. 5. v. 21.

nostriorum alumnorum animi sapientibus legibus excitentur ^{ad} studio acriter et continuo, de die ac de nocte, in domo et in itinere, incumbendum; et si nostra Statuta Studiorum appetentur labentis ^{saeculi} imperiosis et multiplicibus necessitatibus, et rerum vicissitudinibus accommodentur vere epitalibus, in quibus Christi versatur Ecclesia, in cuius defensione primores in acie esse debemus, juxta effectum felicis recordationis Pii Papae IX antea relatum. Id ipsum noster bone memoris P^{ius} P. Gandel insinuavit nostris Tribubus, in una ad totum Ordinem Encyclica, hisce verbis notatu valde dignis: "Quoniam per saeculorum decursum a variis hostibus, variisque et formis, et armis semper catholica fides impugnata fuit et impugnatur, necesse est ut ad eam vindicandam, nascentes in diem errores detegere, idoneisque armis debellare indesinenter conemur, attento presenti scientiarum, ingeniorum, ipsorumque errorum statu; aliudquin eis merito assimilabimur, qui, post bellici pulveris inventionem, cum scuto et sagittis certamen inire

contenderent, et pugna nimis impares vul-
nerati deficerentur.

"Deus quidem, ut ostenderet in saeculis in-
supervenientibus abundantes divitias gratia sua
in bonitate super nos, nobis ab initio, et Eccle-
siae Catholicae per nos, Doctorem Angelicum,
lumen Ecclesiae, Divum Thomam dedit, cu-
jus vestigiis insistere, scriptis illuminari, doc-
trinam et assequi, et illibatam servare, ali-
isque fideliter tradere felix est necessitas, quam
nobis ultro imposuimus; imò magis sum-
mus honor, praecipuaque Ordinis prerogativa.

"Verumtamen ille sibi nimis illude-
ret, qui S. Thoma libros, licet divina sapien-
tia repletos, et orthodoxae fidei palleadium,
ad acquirendam theologiam scientiam, suf-
ficere arbitraretur. Omnium enim scientia-
rum naturalium progressus, nec non innu-
meri exorti errores, plurimas et magni mo-
menti sive objectiones, sive objectionum so-
lutiones ultimis haece temporibus polemica re-
ligiosa subministrarunt, quas quidem pro
huius seculi scientia D. Thomas antevertere non
poterat, nos autem e contrario hodie dum ig-

novare sine periculo et dedecore non possumus." "

" Et quamvis ad hodierna Philosophia systemata, necnon ad fallaces cujusvis aetatis doctrinas confutandum inconcusse permanentia D. Thomas principia posuerit, quo veritatis propugnatoribus contra quoslibet errores arma perpetua suppeditabunt, hujusmodi tamen principia speciali variis erroribus applicatione indigent, et haec ipsamet applicatio non mediocri scientia est." (1)

Jam à tribus saeculis idipsum, non sine lachrymis, noster lamentabatur Canus; loquens enim de quibusdam sui aevi theologis infelici successu protestantium errores impugnantibus, eos impetit fere eisdem verbis ac noster Bemus. Jandel, in-
quiens: " Quo tempore, scilicet, adversum ingruentes ex Germania haereses oportebat scholae theologos optimis esse armis instructos, eo nulla probrus habebant, nisi arundines longas, arma videlicet levia puerorum.

(1) P. Fontana. De Studio n.º 15.

Ita irrisi sunt à plerisque, ac merito irri-
si, quoniam vera Theologia solidam effi-
giam nullam tenebant, umbris utebantur...
Errabant illi autem à principio statim stu-
diorum suorum." (1)

Postris hisce infaustis temporibus u-
bique terrarum, sed praesertim in Europa,
antiqui grassantur gentilistis errores, nova
tamen compositi forma, novo cooperiti vesti-
mento; necesse est igitur ad eos felici exitu
confutandos, novam quoque induere for-
mam nostram Studiorum Nationem; sicut
variatis armis opus est variationem quoque su-
bire artem armorum.

Ubicumque ergo insurreperint Ecce-
siae hostes, orthodoxae fidei puritatis at-
que integritatis deturpatores, ibi accinctos nos
inveniant necesse est ad proelia Domini pro-
lianda. Ubicumque Sponsa Christi imma-
culata et veritati catholica parantur insi-
dia, nostra solertia per scientiam acquisita
inimicorum calliditatem et machinationes
perveras detegamus, et detectas firmissimo

(1) De locis theolog. lib. nono cap. 1.

robore eis murum validum ex adverso opponamus, ipsis infensissimorum adversariorum arreptis novis armis proprio eorum gladio ipsos jugulemus, fortissimum in hoc puerum imitantes Davidem, qui manu violenta reprehensans Goliathi magnifica et perlucida arma, proprio ejus ense, caput amputavit ferocis et jactantis incircumcisi gigantis.

Ad hanc celebrandam victoriam de Ecclesie inimicis cum laude reportandam necesse est omnino ut campo credamus aciem quem ipsi elegerint, et armis eisdem ultroque digladiemur quo ipsi nobis ultroque offerunt, adhibita prius debita eorum instructione. Hodierna die bellica instrumenta nostris adversariis predilecta ad S. Scripturas debellandas sunt inter alia lingue native, in quibus primitus scriptum est sanctum et inspiratum Dei verbum, etnologia, comparatum studium linguarum, geologia, anthropologia, biologia, prothistoria, paleontologia, protohistoria, ceteraque scientie positive ab eis nuncupate, que aperte contraire contendunt

fidei nostrae dogmatibus et biblicis narra-
tionibus: arena vero sive certaminis locus in
quo bellum struere ipsis speciali modo libet
sunt Universitatum cathedra, Athenae, e-
phemerides, libri textus et hujusmodi. Nunc
vero; si vehementer, ut par est, cupimus de
his infensissimis hostibus talibus ad pro-
liandam armis instructis palmam et trium-
phum reportare, necessarium profecto est
ut instructi simus bellicis ipsorum instru-
mentis in ardenti fornace doctrinae D. Tho-
mo conflatis utique, sed attemperatis in
modo et forma ad placitum neotericorum
sapientum, recentiorum insurgentium con-
tra Dei Verbum inimicorum; quosere no-
bis opus est magna cura exquisitaque dili-
gentia latibula et aspera loca in quibus cas-
trametati ipsi sunt, et irruptione capientes
muros, eorum arces viriliter scandentes, in
quibus muniti inveniuntur et inexpugna-
biles esse confidunt, e fortissimis possessio-
nibus eos pellamus, castris magno impetu
et manu forti ipsos epuamus, et inimicos
crucis Christi, urbe capta, e suis presidis e-

epulare cogentes, super arcem hostilem, nostra vi comprehensam, vento agitare facimus vexillam veritatis, nigrum triumphum de adversariis callidissimis à nobis reportati.

Ad hanc magnificam victoriam ab Ecclesia hostibus consequendam in laudem et utilitatem orthodoxae fidei et in decus et honorem nostrae Dominicanae Familiae, opportunum duco, salva tantorum audientium pace, ut attente perpendatis et mature deliberetis, colendi P. P. Diffinitores, de ampliandis studiis Ordinis iuxta methodum à Pmo. P. Sandel praescriptam, à S. Congr. Episcoporum et Regularium approbatam, collata in super ipsi vi et auctoritate Constitutionis. (1)

In ea enim studentibus nostris imponitur ut diuturnius tempus ab ipsis impendatur lectioni S. Scripturarum, ut juvenes nostri addiscant linguas orientales, hebraicam, praecipue, graecam et arabicam, de quibus verba faciens prolaudatus Mag. Gralis. vita punctus, hoc nobile de nostro Ordine profert testimonium: "Quoniam ad pleniorum Scripturarum

(1) P. Fontana. verb. Studium. n. 15.

intelligentiam et explicationem plurimum
confert hebraica et graeco, quae textum origina-
lem retinent, linguarum cognitio; ideo
predictarum linguarum Studium in Or-
dine nostro à seculis introductum, et exinde
semper commendatum, et conservatum fuit.
imò hoc Ordini nostro peculiaris gloria, quod
istam philologicarum institutivam viam
primus ingressus fuerit, ipsique Concilio Vien-
nensi antesignamus in iis promovendis prae-
verit... Provinciales in sua respectiva Pro-
vincia inquirent viros doctos, qui juvenes
Hebraicas et Graecas linguas in Studiis Ge-
neralibus et Collegiis nostris docere valeant et
doceant.... quod si idoneos earundem lingua-
rum proceptores ex Ordine nostro habere ne-
queant Priores Provinciales, extraneos accer-
sant." (1) Quod jam fuerat ordinatum in
Cap. Romae celebrato anno 1777. (2) Hoc jam
feliciter inauguratum est opera Romi. bonae
memoriae P. Larroca in erectione Sti. Stepha-
ni Hierosolymitani collegii.

(1) P. Fontana, verb. Studium. n.º 15. (2) Const. dist. 2.
cap. 14. declarat. 2.^a n.º 1076.

Convenientissimum fore etiam reor quod aliqua ordinarentur circa studium naturalium scientiarum, in quarum campo hodie prolium prosertim inicitur catholicos inter et rationalistas, perficiendum a juvenibus qui ad illud magis idonei invenissentur, missis etiam, si hoc opus fuerit, ad huic studio incumbendum, ad Universitates seculares, ubi laurea doctoratus insigniri valerent, et sic apti tempestive inveniantur cathedras hujusmodi regendi, provia rigurosa oppositione; hoc modo gloriosi innobarentur dies Ordinis nostri, in quibus maximo decore nostro et laude legébant nostrates super cathedras bono examine adquisitionis in precipuis totius Europa necnon et America clarioris fama Universitatibus.

Maximi emolumenti fore plene confido et plurimum collatum ire ad splendorem et P. P. Predicatorum nomen clarissimum, si juvenum secularium Collegia nostra directioni commissa multiplicarentur, ita ut quolibet Ordinis Provincia intra nos limites unum saltem ex eis annumeraret, ut

expressa est voluntas S. Pontificis Leonis XIII
ex imo cordis bonum Ordinis procurantis,
qui, in audientia anni 1891 nostro Sui:
Rosarii Provinciali anteacto concessa, ma-
xima insistencia hocce ei consilium, imo po-
tius mandatum, dedit dicens: "Fundate i
Collegii." Neque solummodo Collegia sed et
Catholicas Universitates liberae, uti vocant,
fundare magni foret momenti necnon et uti-
litatis, ad filtra tuenda Ecclesiae et filios catho-
licorum parentum arcendos ab officialibus hu-
jusmodi gymnasiis, in quibus eorum ortho-
doxia magno in periculo versatur ob im-
pias proceptorum explicationes, utendo
juribus politicis, quae in pluribus Europa na-
tionibus facultatem unicuique proberit pe-
ragendi studia modo cuilibet bene viso.
Sic factum novimus in Hispania a P.P.
Augustinianis et Societatis Jesu prestantis-
sima marum Congregationum Religiosa-
rum reputatione neque minori utilitate,
imo maximo et Ecclesiae Catholicae, et chris-
tiano reipublice fenore, et eximia alumno-
rum parentum in Domino exultatione. Romae.

quoque jam vita functus Fr. Josephus M.^a Larroca, bonae memoriae, grande vobis praebuit haecce in materia exemplum, condendo Triburgensem Universitatem Catholicam, cujus et philosophiae et theologiae facultates a nostratibus tanta laude et decore tanto moderantur, acquiescens vehementibus desideriis S. Pontificis, Sti. Thomae et Smi. Rosarii jure nuncupati, adeo nostri Instituti benevolentia et arcta necessitudine affecti, et, ut antea dicebam, instituendo Hierosolymis Sti. Stephani Collegium ad biblica et linguarum orientalium studia inter nostros Alumnos promovenda.

Forsan multum prestaret ante hujusmodi formarum in nobis induendarum materiam apte disponere, et nostros studentes tempestive preparare, ut sic dispositis idonei reperiantur qui studiis hujusmodi proficiantur. Ad hoc **obtinendum** magnam quidem operam ferret, si in orbis catholici centro, si in Urbe institueretur Internationale Collegium Dominicanum, quod pro nostratibus Schole Normales, uti vocant, vires gereret, in cujus scholis

educari deberent ingenia totius Ordinis nos-
 tri prestantissima, ut, post emensum laudabi-
 liter suorum studiorum curriculum, remea-
 re ad suas respectivas Provincias juvenes sic e-
 docti possent ad tradendum suis comprovino-
 cianis fratribus quae in dicto Collegio didice-
 runt. Alias quoque utilitates non minoris
 momenti sperare fas esset ex huiusmodi Colle-
 gii erectione. Hac namque idea in praesens
 deducta, Ordinis bonum nomen et clara fa-
 ma ubique terrarum certissime diffunderen-
 tur, et suo purissima lucis radios a centro om-
 nium ecclesiarum, Romanae scilicet Ecclesiae,
 ad peripheriam, id est, ceteras orbis plagas in-
 desinenter emitteret. Admissa hacce hypo-
 thesi, constanter Roma lucent prima Ordi-
 nis luminaria, ex quibus vocarentur abs dubio
 qui munere fungerentur Apostolici Palatii
 Magistri, S. Cong. Indicis Secretarii, Sti. Offi-
 cii Commissarii, Bibliotecarii Casanatensis,
 Penitentiariorum, omnium Sac. Congregatio-
 num consultatorum, ceterorumque munitum
 quae in alma Urbe obire solent ordinarie, com-
 missione sibi data, sapientiores fratres ex nos-

tra Familia vocati.

Obsecro ne irascamini, PP. Fratresque dilectissimi, si loquar adhuc semel. ⁽¹⁾ = Necessarium etiam reputo quod aliquid statuat^r aliqua edatur ordinatio ad promovenda vindicandaque jura Ecclesie hodiernis temporibus in ephemeridibus turpiter conculcata, et ad bonum Ordinis nomen ubique diffundendum. Hoc sunt enim media a nostris et Fidei hostibus selecta ad nos propagandos errores et calumnias publice evomendas adversus Dnum. et adversus Christum ejus: hic est campus ab adversariis conquisitus ad suas contra jus divinum pariter ac humanum polemicas sustinendas et spargendas quaquaversus diffamatorias species contra Religiosas Familias ad fidelibus fucum faciendum. Arripiamus ergo hoc etiam arma, descendamus quoque ad hanc belli arenam candentem, ut salutem ex inimicis nostris reportemus: ephemerides contra ephemerides in lucem edamus, pravo legendi cupiditati nostris diebus populo adeo frequenti suff-

(1) Genes. 18 v. 30.

ficiamus cupiditatem sancto et edificantis
lectionis, mundum replendo opusculis ama-
nis venusta oratione limatogue stylo conscrip-
tis quo imaginationi simul et cordi loquan-
tur legentium, prout recentior fert usus, et
hac arte fidelium animos alliciamus. In
unaquaque Ordinis Provincia conveniens so-
re existimo aliquam publicari ephemeridem,
in qua et facta Ordinis edificantia et scitu
digna publici juris fiant, et grassantes illi-
us regionis errores in publicis scriptis exa-
rati ad nihilum redigantur. Quantum
decus inde nostro Ordini promanaret! quan-
ta adversum nos falso narrata facta veri-
tati restituerentur! quot vocationes ex nos-
trorum missionariorum apostolicorum labo-
ribus in vulgus editis excitarentur! quomo-
do nostra S. Thome angelica doctrina hocce
medio dignosceretur simul et evulgaretur,
et eam pro data occasione a suis corruptoribus
vel impugnatoribus vindicaretur! Mundus,
credite mihi, fame premitur solida doctrina,
nauseat enim super cibo levissimo ei prestito
ab Encyclopaedia, a Revolutione, a Rationalis-

mo et Liberalismo, nisi laborat vehementi
 veritatis: & quis huic urgentissimo necessita-
 ti subvenire debet, quis hanc famem et si-
 tim satiare tenetur, nisi qui antonomastice
 filii huius vocamur, qui nomen portamus
 Ordinis Veritatis?

Aliqua alia adhuc media indicare
 in animo habebam, quae, mea humili senten-
 tia, mirum in modum ad decus Ordinis plu-
 rimum conducere, uti sunt praecipue accura-
 ta nova editio celeberrimorum Ordinis Scriptorum,
 eorum praesertim qui saeculo vere aureo nostro flo-
 ruerunt, et quorum libri temporum injuria de-
 perdit sunt et vix apud doctos ipsorum memo-
 ria remanet; indeficiens propagatio coelestis
 devotionis Sui. Notarii ab ipso S. Patriarcha
 suo Dominicano Famulae jure hereditario
 transmissa; constant et indefessus labor ad
 multiplicandas inscriptiones Militiae Ange-
 licae, inter juvenes scholares specialiter modo,
 ad eos praecavendos a carnis laqueis in quibus
 hac nostra effrenata tempestate per multum in
 maximo numero irretiti misere succumbunt.
 castigata editiones librorum qui ad septimum

inseruire possunt in publicis gymnasiis, in Collegiis, Seminariis, Universitatibus, ut factum novimus, magna Ordinis laude, ab Eminis Purpuratis, nuper defunctis, P. Lepirino et P. Ligliara, sed specialiori modo Compendii Theologiae Sti. Thomae presentibus necessitatibus et scientiarum progressibus accommodi. Hanc enim editionem vehementi desiderio in vulgus publicari exoptant Episcopi bene multi, professores orthodoxae doctrinae necnon et plurimi Seminariorum alumni, qui post tot encomia a Leone XIII angelicae Sti. Doctoris sapientiae iteratis vicibus tributa, videntur eam ebibere in puris fontibus ejusdem legitimum interpretum ac confratrum suorum, minime vero in rivulis deturpatis: sed haec obiter indicasse sufficiat ad vestrum omnibus notissimum excitandum zelum pro gloria et decore Ordinis promovendis; quia temporis angustia non patiuntur in longius abire meam orationem, nec fusiori stylo hoc pertractari, sicut rei gravitas requirebat.

Recene omnino est, P.P. Fratresque in Dño. charissimi, ut signa demus vite, et vite

abundantioris, et vigore plena; seculum namque presens seculum est motus fere continui, et eos qui non cientur accelerato motu mortuos reputat vel morti propinos; motus enim signum est vitalitatis, si ergo non moveamur, indicium erit haud obscurum nostrae languentis valetudinis, quod inedia consumimur, quod anemia, mortis pronuntia, laboramus. Respondeamus animo vivido propulsui, nostro Ordini à sapientissimo Pontifice Leone XIII impresso nris iteratis, et Sni. Bosarii, et angelico D. Thoma doctrina encyclicis scientiam unde quaque sapientibus aequae fervidam charitatem, et tot tantisque vehementis erga nos unequivocis predilectionis demonstrationibus.

~~Ex quo videtur quod~~
~~in illis diebus~~
~~et in illis diebus~~ (1) Leo XIII de nostra Dominicana Familia magna sperans, erga nos omnes ardentissimo amore affectus alta nobis clamat voce dicens: "Surgite veni foras." Excussio ergo sopore statim revigamus et veniamus foras; et per totum mundum vocem

(1) Joan. II v. 24.

nostra sonet et nostra predicatione et solida doctrina totus repleatur orbis. In memoriam verba revocate Sⁿⁱ. Patriarche nostri agentis: semina congesta pubescunt, sparsa vero fructificant.

Rosarium predicemus assidue, ulla absque interruptione: Marianum Psalterium thema sit nostrarum concionum quotidianum: populos vitis scatentes, culpis coinguinatos reformemus hac de colo lapsa devotione, qua à S. S. Patre Dominico edocta terram heresi infectam omnino transformavit et Deo lucratus est: Populum fidelem Mariam Matrem nostram amantissimam ferventi corde salutare instruamus hac celesti praxi, quam ipsamet beata Virgo Sto. Dominico passa est tibi esse gratissimam: fidelibus tantone privemus bono. Leo enim XIII sibi alte in animo habet desirum hacce via peccatores ad Jesum per Mariam efferi, et hac mariana devotione, culpa retentos in meliorem frugem esse se recepturos, justos vero in copta justificationis via esse progressuros. Ne defraudemus igitur tanti Pontificis adeo firmatam fidentiam; Rosarium namque est presidium et dulce decus nos-

tri amantissimi hujus devotionis hisce temporibus proconis providentialis, et in ipso repositam habet spem certissimam presentis seculi nequissimi a sua nequitia converrum iri. Nosrium ergo predicemus; Nosarium propagemus, Nosarium denique omnis nostra sacro concionis thema sit quotidianum.

Nosarium ad eor depravatatum hominis reformandum plurimum inservit; ad removendis vero et confundendis errores eorum qui in tenebris et in umbra mortis sedent, nobis Deus misericorditer tribuere dignatus est angelicam Doctoris Aquinatis doctrinam, omni terrore purgatam, qua aptissima omni tempore inventa est ad umbras et infidelitatis, et cunctorum errorum suo purissima lucis radiis depellendas. Illuminemus igitur mundum, ad hoc enim nobis donatum est divinitus, hocce luminari magno de celo delapso. Diffundamus usquequaque auream Angelici Proceptoris scientiam. Nudes mentes instruamus soliditate tanta doctrinae et hujus seculi sapientes stupore repleamus tanta claritate oppressos et os eorum obmutescere facia-

mus argumentis irrefutabilibus quibus sca-
tent S^r. Thomas tot voluminosa scripta sapien-
tia celesti et pene divina redundancia. Mu-
gitus huius bovis resonare curemus in uni-
versa terra plagis, ut addis cant omnes, et
docti et ignari, tanto ductore ducti, recte de
Deo sapere, recte de Deo sentire, recte Deo pros-
tare fidei suo obsequium rationabile.

Tempus est ut que fusiore oratione
sunt dicta in compendium redigamus. =
1^o P. D. Dominicus instituendo suo Predi-
catorum Ordine nihil antiquius habuit,
nihil aliud sibi ante oculos ponit, quam
saluti animarum consulere, media divini
verbi predicatione, et Fidei et Ecclesie Ca-
tholice tutamen prestare validissimum,
media doctrina et divina et humana acri
studio comparata. 2^o Sancti Patris filii
amantissimi omni tempore per transcursum
sex et amplius seculorum digni fuisse in-
venti tam pingui patria hereditate, uni-
versum orbem convertentes suis fervidis
et solidissimis predicationibus et suo sapien-
tie monumenta preclarissima suis posteris

relinquentes. 3^o. Media ad hos altissimos fines vere Deo dignos atque in proximam a nostris decessoribus deducta et a nobis deducenda hoc sunt precipua: fervida ad Deum oratio, stricta regularis observantia, speciatim in paupertatis voto, perfectam sectando vitam communem, quae tantum confert ad pietatem, ut, dum vixerit, semper efflorescat Religio, et tot sese sanctos aluerit quot habuit Religiosos, ⁽¹⁾ ita loquuntur nostro Constitutiones, predicatio fervens, et acre jugaeque studium non interruptum.

Hoc sunt media, P.P. Fratresque charissimi, quibus ad tantam sanctitatem et gloriam tantam pervenere proclari predecessores nostri: has vias percurrendo sanctitatis culmen et disciplinarum fastigium attingere quotquot in nostra Dominicana Familia a B.P. N. Dominico usque in diem hodiernam viri illustres doctrina et virtute florere." Possumus, ut S. loquitur Chrysostomus, nos quoque esse quod hi omnes fecerunt, si faciamus ipsi quod fecerunt. ⁽²⁾ Hoc enim,

(1) Dist. 1^a. cap. 15. declar. 7 n^o 318. (2) Sermon. de Martyr.

inquit V. Beda, sunt vestigia quo nobis Sancti quique revertentes in Patriam reliquere, et illorum semitis inhaerentes sequamur et in gaudia." (1)

Interrogemus igitur, PP. Fratresque in Dno. dilectissimi, interrogemus semel et iterum generationem pristinam, et diligenter investigemus Patrum memoriam.... Et ipsi docebunt nos: loquentur nobis, et de corde suo proferent eloquia. (2)

Attendamus etiam quam diligentissime ad petram unde scisi sumus, et ad cavernam laci de qua praecisi sumus. Attendamus ad Abraham patrem nostrum, et ad Saram qua peperit nos: (3) quia filii Sanctorum sumus. ⁽⁴⁾ A parentum nostrorum tam sanctis moribus non abhorreamus, a pietate et virtute majorum nostrorum, ne deficiamus; a praecelara decessorum nostrorum ^{gravi} stirpe ne degeneremus; nostri generis nitorem cum laude portemus; tota denique vita nostra fidelis sit et perfecta imago egregiarum rerum ab ysis gestarum, quibus orbem universum illustraverunt. Summa necesse est satagamus cura

(1) Sermon. XVIII de Sanctis. (2) Job. 8 v. 8. (3) Isai. 51. vv. 1.º et 2.º (4.) Job. 2 v. 18.

ne splendidissimum Dominicano nostra Familia candorem aliquod suorum filiorum degeneri deturpetur vel in minus obscure affectu.

Rememoramini, vobis dicam cum Apostolo, pristinos dies, in quibus illuminati Patres nostri magnum certamen sustinuerunt passionum". (1) "Innoventis ergo dies nostros sicut a principio"; (2) sicut a primordiis nostri Ordinis seculis, in quibus sancti fratres nostri "per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, extinguerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.... Alii autem distentis sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti, insuper et verbera et carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melotis, in pelibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; qui-

(1) Ad Hebraeos. 10 v. 32. (2) Thren. 5 v. 21.

bus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terre. Et hi omnes Testimonio fidei probati sunt." (1) Tales fuerunt Fratres nostri! Et tales esse debemus ut per omnia ipsis similemur moribusque eorum conformemur; talia propter fidem tuendam perpessi sunt Patres nostri! Et talia sustinere parati ipsi nos esse debemus propter catholicam fidem amplificandam et propter animarum salutem reportandam. Pro causa Dei viros belatores et strenuos milites Christi esse ipsa nos cogit nostra profectio; lectulum enim Salomonis, id est, Ecclesiam, in cuius sinu placide requiescit verus eius Sponsus, ambire debemus tanquam sexaginta fortes ex fortissimis Israel; omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi, uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. (2) Ita sane laeto animo alumnos nostri Ordinis in postremis diebus contemplata est in prophetica visione nostra amantissima Dominica in Passione, incomparabilis Seraphica Virgo Abulensis Theresia à Jenu, cuius scripturalia verba, pro coro-

(1) Ad Hebr. 11 vv. à 33 usque ad 40. (2) Cant. 3 vv. 7 et 8.

nide totius concionis, vobis referre libet: audi-
te ergo ab ipsa tam sympathica nobis Mystica
Doctrina de nostra Religione ⁽¹⁾ sermonem fa-
ciente sua ingenita ac omnibus mirabili inge-
nuitate narrata: "Cum enim quadam die
coram Smo. Sacramento orans, apparuit mi-
hi Sanctus quidam, cujus Ordo aliquantulum
à suo primivo fervore deciderat: in manibus
magnum portabat librum, illum aperuit in-
dicans mihi quod legerem in ipso litteras quas-
dam grandisculis characteribus scriptas et
valde legibiles, quae erant tenoris sequentis:
In temporibus futuris florebit Ordo iste, multos
martyres inter suos alumnos annumerabit.

Alterà die cum choro interessens matu-
tinas persolvens, mihi ante mentis oculos re-
presentati sunt et coram me steterunt sex
vel septem viri, arbitror quod ex eadem Reli-
gione essent, gladios in manibus tenentes. In
hoc significatum fore existimo, istos pro Fide
ene strenue propugnaturus; alia enim vice,

(1) De nostro Ordine hoc esse ex contextu facile
deducitur; neque opinantur varii magni subsellii
Auctores, commentantes opera Sto. Theresie.

dum enim in oratione posita, meus subito raptus passus est spiritus, et eo perdurante visum mihi est magnus me adesse campus, in quo bene multi inter se digladiabantur, virosque huius Ordinis magno dimicare estu. Facies eorum pulcherrima erant simul ac flamea, et plures victos prosternebant, alios vero ferro trucidabant. Videbatur spiritui meo pugnam hanc catholicos inter et hereticos pugnari." (1) =
 Hoc est visio. =

Conemur ergo omnes totis viribus, Patres Fratresque clarissimi, ut hoc prophetica visio ab alumnis Ordinis nostri nunc et in futuris temporibus ad felicem exitum, favente Dei gratia, perducatur.

; Sapient hoc Deus noster benevolens et misericors, piissima quoque Mater ejus et nostra Beatissima Virgo Maria!

Dixi





(1) In vita ab ipsa S. Theresia scripta, cap. ultimo.

A
C


[Faint, illegible handwriting covering the majority of the page]

[Faint signature or stamp]

[Faint text at the bottom of the page]



Spn. 16.05.1991. J.M.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Ostatnia 17

60-102 Poznań

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82